

Cur Christus ascendit ad coelos?

Primum, vt refutaret somnia Iudeorum de politico regno messiae, secundo, vt pararet nobis aditum ad coelos, quo et nos aliquando traducet iuxta dictum: „Pater, volo, vt vbi ego sum, ibi et illi sint.“¹³⁹ Tertio, vt hoc velut triumpho testificaretur de victoria aduersus regnum peccati et mortis, ^wColoss. 3^w et Psalm. 68.¹⁴⁰ Pertinet ad fructus ascensionis etiam sequens articulus de sessione ad dexteram Dei.

Quid est sedere Christum ad dexteram Patris?

Simplicissime intelligatur de exaltatione Christi ad regnum et sacerdotium sicut concionatur totus Psalmus 110: „Dixit dominus domino meo: ,Sede a dextris meis“¹⁴¹ etc.

Monet enim hic articulus de gloria Christi superante omnium creaturarum gloriam. Beati angeli et homines etiam in celo sunt, quia fruuntur luce et conspectu Dei visibili, sed Christus exaltatus est in illa arcana luce regnans cum Patre et est caput ecclesiae omnia in [74:] omnibus perficiens et quanquam manet discrimen naturarum in Christo nec confunduntur proprietates, tamen etiam humana natura Christi post glorificationem

^{w-w} Quod articulus de sessione ad dexteram Dei simul comprehendat glorificationem naturae humanae in Christo, in qua accepit dona superantia omnium creaturarum dona arrosum a theologis in ducatu Luneburgensi¹⁴² extat in refutatione Schuuenckfeldij. Tom. 2. op. Philip. 203 et in Enarratione epist ad Coloss Tomo 4. ope. Phil. 358.^{x143}

^{w-w} Coloss. 2: B, E.
^{x-x} Marginalie nur in F, G.

¹³⁹ Joh 17,24.

¹⁴⁰ Vgl. Kol 3,1–4; Ps 68,19.

¹⁴¹ Ps 110,1.

¹⁴² Vgl. das BEDENCKEN oder Censura der Theologen im Fürstenthumb Lüneburg / von dem Newen Wittenbergischen Catechismo, Jena 1571 (VD 16 B 1460), C 2r.

¹⁴³ Vgl. die von Philipp Melanchthon verfasste Stellungnahme des Schmalkaldener Bundes zur Theologie der Theologen Sebastian Franck und Kaspar von Schwenckfeld; in: CR 3, 986 (MBW 3, 41, Nr. 2396: Memorandum. 16. März 1540) und Philipp Melanchthon, Enarratio epistulae Pauli ad Colossenses (1559), in: CR 15, 1270–1272. Die Seitenzählung bezieht sich auf die zeitgenössischen Ausgaben OPERVM REVERENDI VIRI PHILIPPI MELANTHONIS. PARS SECVNDA [...], Wittenberg 1562 (VD 16 M 2333), 203 und OPERVM REVERENDI VIRI PHILIPPI MELANTHONIS, PARS QVARTA [...], Wittenberg 1564 (VD 16 M 2335), 358.